

On lit au titre : *In finem, psalmus cantici ipsi David* ; ces deux derniers mots ne sont pas dans l'hébreu. Les Septante peuvent les avoir ajoutés, parce qu'ils voyaient que ce psalme est très-conforme aux sentiments que ce prophète manifeste dans d'autres psalmes. Il s'agit ici d'actions de grâces et de prières pour obtenir de nouveaux bienfaits de Dieu. On ne peut dire à quelle occasion particulière ce psalme a été composé. Les saints Pères y ont vu les desirs du saint roi à l'égard du Messie futur, de la rédemption des hommes et de la vocation des gentils. Dans sa brièveté il est fort vif et fort touchant. L'Église le récite tous les jours à l'office de Laudes.

## VERSET 1.

Cette répétition, *qu'il ait pitié de nous*, ne se trouve ni dans l'hébreu, ni dans le grec du Vatican, ni dans S. Jérôme, ni dans l'ancien Psautier de l'Église romaine. Elle est dans les éditions grecques d'Alde et de Complute. Peut-être que cette répétition tient lieu dans notre Vulgate du mot *Selva*, qui se trouve en cet endroit dans l'hébreu, et qui paraît avoir été un terme d'approbation. Quoi qu'il en soit, cette addition ou répétition ne change rien au sens, puisque ces mots se trouvent déjà dans le verset, qui d'ailleurs est exactement le même dans le texte et dans les versions.

Quelques interprètes traduisent au futur : *Dieu aura pitié de nous* ; et l'hébreu est susceptible de cette version, sans exclure celle des LXX et de la Vulgate.

## RÉFLEXIONS.

Le Prophète désire trois choses dans ce verset : la première, que Dieu ait pitié de lui et de son peuple ; la seconde, qu'il répande sur eux sa lumière ; la troisième, qu'il répande sur eux sa lumière. C'est une sorte de gradation : il faut d'abord rentrer en grâce avec Dieu, et c'est l'effet de sa miséricorde ; il faut ensuite avancer dans les vertus, et c'est l'effet de ses abondantes bénédictions ; il faut enfin s'approcher de lui, s'unir à lui intimement, et c'est l'effet des lumières supérieures qu'il répand dans l'âme. Jésus-Christ a opéré ces trois merveilles en se manifestant au monde : il a eu pitié du genre humain, il l'a comblé de bénédictions, il lui a révélé des mystères sublimes. C'est donc proprement la venue du Messie que le Prophète désire dans ce verset : nous possédons ce bien inestimable, comment en profitons-nous ? Quel sujet de larmes pour la plupart des chrétiens, et pour moi en particulier !

## VERSET 2.

Le Prophète ayant parlé de Dieu à la troisième personne, lui adresse maintenant la parole ; il parle ainsi jusqu'au sixième verset exclusivement, et la troisième personne revient à ce sixième verset, qui est le dernier. Il parle par là que le chœur commence et achève le psalme. Le milieu est chanté par un seul chantre ; c'est l'observation de P. Houtignon : cette marche est la preuve et la marque du sentiment très-vif qui attachait le Prophète à Dieu et au Messie futur. Il désire la venue de ce Messie, afin de connaître les voies de Dieu et les grâces de salut que le Sauveur répandra sur toutes les nations.

## RÉFLEXIONS.

Rien n'est mieux suivi que la prière du Prophète : il demande que Dieu fasse briller sur nous la splendeur de son visage, afin que nous connaissions sur la terre ses voies, ses desseins par rapport à notre salut. Sans

1. *In finem, Psalmus cantici ipsi David, LXVII.*

Hebr. LXVIII.

2. Exsurget Deus, et dissipentur inimici ejus : et fugiant, qui oderunt eum, à facie ejus.

cette lumière divine, nous ne voyons rien dans les routes de la sainteté ; mais quand elle nous éclaire, tout s'éclaire, tout s'aplanit devant nous. Jésus-Christ est la voie, et c'est par lui que nous entrons dans la carrière de la vie. Cette carrière est nouvelle, dit l'Apôtre : nouvelle, parce qu'elle ne fut point manifestée clairement et pleinement au peuple de Dieu ; nouvelle, parce qu'elle est toute contraire aux voies où était entré le vieil homme ; nouvelle, parce qu'elle ne ressemble point à celle que nous frayé le monde, et à laquelle nous invitent les passions ; nouvelle, parce qu'elle conduit à cette nouvelle terre où la justice habite, et qui nous est promise par Jésus-Christ.

## VERSETS 3, 4.

Le Prophète désire deux choses : la première, que tous les peuples bénissent et glorifient le Seigneur ; la seconde, que tous ces peuples tressaillent de joie. La raison qu'il en donne, c'est que Dieu jugera et conduira toutes les nations avec équité, c'est-à-dire, qu'elles cesseront d'être sous l'empire tyrannique du démon et des passions. Dans l'hébreu et même dans le grec, il y a *judicabit et diriget* ; c'est le même sens, parce que le Prophète voit comme présent ce qui était futur. S. Jérôme traduit comme la Vulgate, par le présent.

## RÉFLEXIONS.

Le Prophète fait ici ce que l'Apôtre fit tant de siècles après lui ; il exhorte à la joie et à l'allégresse les peuples éclairés de la lumière divine, les nations instruites des voies du salut. L'un et l'autre étaient bien éloignés des idées du monde, qui regarde le service de Dieu comme un engagement à la tristesse et à la mélancolie, au renoncement à toute espèce de consolations. Les saints au contraire ne voyaient dans les routes du salut que la paix intérieure, source des vraies plaisirs, des solides satisfactions. Le Seigneur est le juge et le conducteur des âmes justes : elles ne peuvent craindre sous sa conduite ni injustice ni égarement.

## VERSETS 5, 6.

Pour ces deux versets, il y en a trois dans l'hébreu et dans le grec, mais sans différence de sens. L'hébreu et le grec terminent leur premier verset à *terra*, etc. ; ce mot commence le verset suivant, qui se termine au second *benedict*, etc. ; et ce mot commence le troisième verset, qui comprend tout le reste, jusqu'à la fin du psalme.

## RÉFLEXIONS.

On ne peut guère douter qu'il ne s'agisse ici du Messie, que le Prophète envisage comme le fruit de sa terre, parce qu'il est né, et qu'il a paru dans la Judée. C'est là le germe qui devait sortir de la racine de Jessé, père de David ; c'est la production féconde dont les rejetons ont rempli la terre. Elle fut stérile jusqu'à lors, parce que tous les descendants du premier homme étaient des fruits vicieux et corrompus dans leur principe. Jésus-Christ parut au monde revêtu de tous les dons de la grâce, et apportant avec lui le remède à tous les maux qui affligeaient le genre humain. Il fut la source de toutes les bénédictions. Il était maître de les répandre sur toutes les races futures, puisqu'il était Dieu. Le Prophète l'a vu en esprit, nous jouissons de sa présence ; mais quelles conséquences en tirons-nous ? Remercions-nous le Seigneur de ce bienfait inestimable ? profitons-nous de la bénédiction qu'il nous offre ? concevons-nous pour lui une crainte filiale ?

## PSAUME LXVII.

1. Que le Seigneur se lève ; que ses ennemis soient dispersés, et que ceux qui le haïssent fuient à sa présence.

5. Sicut deficit fumus, deficiant : sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

4. Et lister ejulenter, et exultent in conspectu Dei, et delectentur in laetitia.

5. Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus, iter facite ei qui ascendit super occasum : Dominus nomen illi.

6. Exultate in conspectu ejus : turbabuntur à facie ejus, patris orphanorum, et judicis viduarum.

7. Deus in loco sancto suo ; Deus, qui in habitatore facit unius moris in domo.

8. Qui eduxit vincetos in fortitudine ; similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

9. Deus, cum egredieris in conspectu populi tui ; cum pertransieris in deserto :

10. Terra mota est, etenim caeli distillarunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.

11. Pluviam voluntariam segregabis, Deus, hereditati tuae, et infirmata est : tu vero perfecisti eam.

12. Animalia tua habitabunt in eâ : parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.

13. Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multâ.

14. Rex virtutum dilecti, dilecti et speciei domus dividere spolia.

15. Si dormiatis inter medios clericos, pennae columbae deargentate, et posteriora dorsi ejus in pallore auri.

16. Dum discernit caelestis reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon : mons Dei, mons pinguis.

17. Mons coagulatus, mons pinguis : ut quid suspicamini montes coagulatos ?

18. Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo : etenim Dominus habitabit in finem.

19. Currus Dei decem millibus multiplex, millia tetantium : Dominus in eis in Sinai, in sancto.

20. Ascendisti in altum, cepisti capivivatem, accepisti dona in hominibus.

21. Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum.

22. Benedictus Dominus die quotidie : prosperum iter faciet nobis, Deus salutarium nostrorum.

23. Deus noster, Deus salvos faciendi, et Domini Domini exitus mortis.

24. Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum : verticem capilli perambulantium in delictis suis.

25. Dixit Dominus : Ex Basan convertam, convertam in profundum maris.

26. Ut intingat pes tuus in sanguine : lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.

2. Comme la fumée s'évanouit (par le vent), que les impies s'évanouissent également ; comme la cire se fond à la présence du feu, que les pecheurs périssent à la présence du Seigneur.

3. Que les justes au contraire soient rassasiés et comblés de joie en présence du Seigneur, qu'ils fassent éclater des transports d'allégresse.

4. Chantez des cantiques au Seigneur, célébrez son nom sur des instruments ; préparez-lui la voie, tandis qu'il s'élève au-dessus de l'occident : son nom est le Dieu tout-puissant.

5. Tressaillez de joie en sa présence : (vos ennemis) seront remplis de trouble à la vue de ce pere des orphelins et de ce défenseur des veuves.

6. Dieu est ici dans son sanctuaire : c'est lui qui fait habiter les hommes de même sentiment dans une même maison.

7. C'est lui qui tire avec puissance des liens ceux qui y étaient engagés, qui délivre même les rebelles des liens arides où ils étaient confinés, comme dans des tombeaux.

8. Seigneur, lorsque vous marchiez en présence de votre peuple, lorsque vous parcouriez le désert,

9. La terre s'est émue, les cieux ont répandu leur influence à l'aspect du Dieu de Sinai, à l'aspect du Dieu d'Israël.

10. Vous ferez tomber une pluie abondante sur votre héritage ; cet héritage était épuisé, vous l'avez rétabli.

11. Vos troupeaux hibernont dans cette terre : vous l'avez préparée, Seigneur, dans votre bonté, en faveur du pauvre.

12. Le Seigneur mettra sa parole dans ceux qui sont destinés à l'annoncer, et cette parole sera pleine de force.

13. Ce sera le Seigneur, roi des armées du bien-aimé (qui donnera cette parole), et qui accordera aussi à celles qui gardent la maison des dépouilles à partager.

14. S'il arrive que vous soyez placés au milieu des terres qu'environnent les autres tribus, vous brillerez encore parmi elles comme la colombe, dont les plumes exposées au soleil paraissent mêlées d'or et d'argent.

15. Lorsque le Tout-Puissant dissipera les rois à cause de son peuple, alors ce peuple deviendra blanc comme la neige de Selmon : oui, la montagne de Dieu est un mont fertile.

16. C'est un mont formé de plusieurs monticules, c'est un mont fertile ; pourquoi penseriez-vous qu'il y d'autres montagnes aussi belles ?

17. C'est un mont où il plaît à Dieu de faire sa demeure : oui le Seigneur y fixera son séjour à jamais.

18. Le char de Dieu est une multitude d'esprits célestes qui sont dans la joie : le Seigneur est là, comme sur le mont Sinai, dans son sanctuaire.

19. Vous êtes monté au plus haut des cieux, vous vous êtes soumis ceux qui étaient captifs ; vous avez reçu des dons pour les distribuer aux hommes.

20. Vous avez même appris aux incroyables à croire que le Seigneur Dieu habitera parmi eux. 21. Béni soit le Seigneur tous les jours ; il dirigera nos pas, et assurera notre course ; il sera le Dieu de notre salut.

22. Notre Dieu est le Dieu auteur du salut, et la délivrance de la mort est entre les mains du Seigneur Dieu.

23. Mais le Seigneur brisera la tête de ses ennemis ; il abattra le front superbe de ceux qui marchent dans la voie de leurs iniquités.

24. Le Seigneur a dit : Je les tirerai de la terre de Basan, je les tirerai pour les plonger dans le sein de la mer.

25. En sorte que vos pieds (ô mon peuple) seront teints du sang de vos ennemis, et que la langue de vos chiens sera rougie de ce sang.



27. Viderunt ingressus tuos, Deus: ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto.
28. Prævererunt principes conjuncti psallentibus: in medio juvenicularum tympanistrarum.
29. In Ecclesiis benedicite Deo, Domino, de fontibus Israel.
30. Ibi Benjamin adolescentulus, in mentis excessu.
31. Principes Juda, duces eorum: principes Zabulon, principes Nephtali.
32. Manda, Deus, virtuti tue: confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis.
33. A templo tuo in Jerusalem, tibi offerent reges munera.
34. Increpa feras arundinis: congregatio taurorum in vaccis populorum: ut excludant eos, qui probati sunt argento.
35. Dissipa gentes, quæ bella volunt: venient legati ex Ægypto: Æthiopia præveniet manus ejus Deo.
36. Regna terre cantate Deo: psallite Domino.
37. Psallite Deo, qui ascendit super cœlum cœli, ad orientem.
38. Ecce dabit voci suæ vocem virtutis: date gloriam Deo super Israel: magnificentia ejus, et virtus ejus in nubibus.
39. Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus.

## COMMENTARIUM.

VERS. (1) 1. — PSALMUS CANTICI. Psalmum distin-

(1) Non inter omnes convenit de argumento hujus Psalmi, quem affirmat Ezra valde esse excellentem. Kimhi refert ad illud tempus, quo tempore Senaacherib urbem Hierosolymam obsidebat, regante Ezechia. Hanc sententiam refellit Litalus, qui Psalmum Davidi tribuit. Sunt qui satis probabiliter putent à Davide scriptum, cum arcem Dominii in arcem Sionis dederet: sunt qui post insignem victoriam. Ego, licet enim mihi dicere quod sentio, existimo ante victoriam et cum expeditionem pararet David, et arctum aliquod ac difficile bellum propulsandum aggredere, summâ præpotenti virtute, et benignitate perpetuâ erga Israelitas fretus. Quam fuerit ista expeditio, difficile est statuire, nisi forte illæ sunt expeditiones, aut earum aliquæ, quæ leguntur 2 Sam. 21, in fine, adversus Philistæos scilicet. Certè propter versum 17 et 18 oportet illam expeditionem fuisse post consecrationem Sionis montis, et illuc inveciam arcem. Esse porro hoc eam sententiam ac decantantem ante victoriam, quod sentire videtur etiam Ezra, probat tempore et contextus Psalmi. Nam in hoc Psalmo primam petit David, ut Deus vim suam palmam exerat, sic ut hostes subito errore percussis fugam arripiant, instarque funi à vento propulsi, et cæce igni admotæ citò evanescent atque dilabuntur: contra verò justî, qui à suis partibus stant, Dei opæ ac presentia miris modis exhiberari exultent ac triumphent. Suos adiortoriarum pœstæ, et præpentem Deum celebrant spem certam in eo ponentes, qui licet supra cœlos inhabitet, tamen terras respicit, pupillos et viduas quasi pater curans, hænt prole conjugia fecundans, compedibus victos solvens, totus et contra rebellum et sceleratorum agros ariditate et squalore dammans. Inde subito sermoem ad Deum convertit: Tu es, inquit, Deus ille noster, Deus Israel, quo montis Sion verticem olim insidente, ipsa terra moles latè contremuit, cœli quoque sudore

26. O Dieu! votre peuple a vu votre marche, il a vu la marche de mon Dieu, de mon roi qui est dans son sanctuaire.
27. Les princes des tribus marchaient les premiers: immédiatement après eux les symphonistes, et au milieu étaient les jeunes filles qui frappaient sur leurs tambours.
28. Célébrez (disaient-ils) dans vos assemblées, le Seigneur Dieu, ô vous tous qui descendez d'Israël.
29. Là était le jeune Benjamin, comme hors de lui-même.
30. Là les princes de Juda, à la tête de tous: là les princes de Zabulon, les princes de Nephtali.
31. Seigneur, déployez votre force; confirmez ce que vous avez opéré en nous.
32. A cause de votre temple de Jérusalem, les rois viendront vous offrir des présents.
33. Réprimez les bêtes féroces qui se tiennent cachées dans des joncs; c'est comme une multitude de tauraux au milieu des génisses du peuple; et leur dessein est de chasser ceux qui ont été éprouvés comme l'argent.
34. Dissipez les nations qui veulent la guerre: il viendra des envoyés de l'Égypte; l'Éthiopie s'empresera d'êtré des mains vers le Seigneur.
35. Rovannes de la terre, chantez les louanges de Dieu: célébrez le Seigneur; louez Dieu qui est porté au-dessus des cieux les plus élevés à l'orient.
36. Voilà que le Seigneur donnera à sa voix la voix de la force; rendez hommage à Dieu pour la protection qu'il donne à Israël: sa magnificence et sa force éclatent dans les cieux.
37. Dieu est admirable dans son sanctuaire; il est le Dieu d'Israël, il donne la force et le courage à son peuple: que le Seigneur soit béni.

gunt à cantico, quod hoc ore caneretur, esset metro

veluti mandarunt, et mons ille Sina universus, tam scilicet presentiam reverit, quasi cohorruit. Tu Israeliticam hanc terram largis imbribus, quous optus est, liberaliter irrigas, ac, si fortè, ut fit, ubertate nimia fatigata est, et exhausta interfidit, instauras, nempe ut nos grex tuus in eâ ad satietatem pascamur, nempe ut nos quicquam vel pauperum deesse unquam possit. Te igitur nos etiam certò confidimus exitu comprobaturum verba illa mulierem ac puellaram passim in choreis pro more occurrentium hoc carmen: Profectò illi reges licet numero militè instructi terga dabunt, multamque ac divitem prædam post se relinquent, quam nos, imbelles genus, à victoriis maris domum reportantem inter nostros partiemur. Ne peritimesce vos, ô viri: nam etsi in mediâ ollarum ludigine inter chelytopodes dormire vobis fuerit necesse, inde tamen exhibitis emittentes instar argenti capite aureæ columbe. Fuis ac dissipatis hostium equis, regio hæc, quæ nunc tota in luctu et squalore jacet, nunciat tunc splendescet luce. Ut verò mones Basan, alique omnes qui in hæc terrâ sunt, Sionem monte, celsiores sublimioresque sint, deque Dei presidio etiam gloriari debeant, nullâ tamen ratione cum isto sunt conferendi, quoniam Deus nunc ex omnibus sibi domicilium, et quidem proprium ac perpetuum delegit: quoniam multus currum et angelorum militibus stipatus insidet, ut olim montem Sionam. Quod cum ita sit, illud habeto, ô Rex, vel ô dux et miles quilibet, et quasi jam sit factus, teneto: arces quantumvis sublimas certò expugnabis; in easque victor conscendes, illic inanimata captivorum turiam tradices, ad hæc multis cumularis donis pro redemptorum mancipiorum pretio. Quid? Næ decernit etiam ex rebellibus, qui ultra ac spontè veniant habitatum nostram terram Dei, exteri sedem. Hoc carmen statim excipit ipse David his ferè verbis: Benedictus Dominus servator noster,

magis soluto, communi constaret cantu, et quasi plano; ille modos habere musicos numeros, et metrum artificiosus, et magis lyricum, canereturque ad citharam, lyram, psalterium, et alia instrumenta harmonica. I salmus ergo cantici, quem simul ore et instrumentis concinerent et modularentur.

VERS. 2. — Versus sumptus è Num. 10, 33, quando proficisceretur arca adversus Chananeos ob similitudinem argumenti. Nam bella Mosis et Josue in istos typus erant bellorum Christi in mundum et mundi principes sive visibiles, sive invisibiles, per quæ terra

qui nos perpetuis cumulat beneficiis; qui nos quotidie mole calamitatum obruit, idemque quotidie sublevat; qui ut mille modis defendere potest à morte, sic et quos vult, non uno mortis genere evertere; qui dubio procul hostium sporum capita confringet, istorum scilicet hominum elato capite et intonsa casarie; qui in suis sceleribus tam obstinate pergit. Inde David, quò suis verbis majorem adstruat fidem, Deum ipsum loquentem, et liberationem pollicentem inducit, affirmantemque fore ut David et Israelite pedem in hostili sanguine immergant, et canes crorem lambant. Hæc David Dei sermonem excipiens sic insum albaquitur: Non dubitamus verò, ô Deus, idem et rex meus, quin nunc nobis laturus sis opem, quem, etsi supremi cœli incolam, majores olim nostri suis in castris ducem, perque medias hostium turmas veluti incedentem, suisque manibus stragem edentem apud mare Rubrum senserunt, imò conspexerunt; idèoque, postquam nimirum, submersis hostibus, è mari emersissent, ad gratiarum actionem et publicam lætitudinem testandam, pompam indixerunt; in quâ primo loco cantores, posita tibicines, atque hinc inde puellarum tympanistrarum chori miro et decenti ordine incedebant, gratà vocem modulatione carmen hujusmodi verè argumentum oceanentes: Ceterum in quatuordecim estis Israeliticis gentibus, celebrato Deum, celebrato Dominum. In illa pompa prima omnium incedebat tribus Benjaminica, deinde Judaica phrygiis vestibus præfulgens, et primariis ducibus inter omnes decora, post Zabulonitæ et Nephtalini, alique itidem tribus pulchro ordine. Inde David, postquam breviter Israelitas securos esse jussit de Dei auxilio jam mandato ac proviso, Deum ipsum precatur, ut rempublicam ac politiam, quam ipse instituit, magis ac magis muniat et conservet ab hostium vi, ac presertim urbem Hierosolymam regi caput et arcæ sedem. Quod si feceris, inquit, futurum est, ô Deus, ut exteri reges tuam potentiam agnoscentes numeribus te apud Hierosolymam certatim colant. Coerces igitur trecentes istos foris ex arripimentis inventibus hand absumiles, repræsentant principes instar taurorum ferocientes, ipsam quoque plebemque stolidè et sine concilio peritumque se gerentem, et quotquot aulas sequuntur, homines toti auro atque argento collucentes, dumque superbie incedunt, pomparum feracis similes; denique totas gentes evertit, quæ, solum quia bellum amant, nobis adversantur. Tunc optimates Ægypti huc ad te concurrunt, et festini Æthiopes manus supplices tibi preterdunt, doneque adferent. Concluditur tandem Psalmus apostrophe, quæ gentes omnes excitatur, ut psallant Deo altissimis nubibus insidentem, indeque vocem edentem terribilium: ut eum, inquam, extollant, cuius non iniqua in servandis Israelitis est virtus et potentia, quam ultra è nubibus tonat, horrensque fragore orbem concutit; qui è suo sacrario, dùm Israelitarum res agitur, hostibus terribiliter se præbet, illis verò vires et robur subministrat, quippe Deus Israel. Itaque ait: Benedictus Dominus. Habes perpetuam seriem, vel potius paraphrasim hujus Psalmi satis longam, sed tamen, si Psalmi obscuritas consideretur, nimium brevem.

(Muis.)

subacta est Ecclesie. Deus. Toto hoc Psalmo Dei et Domini notio restringitur ad personam Christi, Apostolo interprete, Ephes. 4, 8. Orditur autem versu à Mose cantato, cum Israelite progressuri essent, et arca federis elevaretur à Levitis, Num 10, 40, vers. penult., ut eum ad Christi victorias, quarum illæ contra Chananeos typi erant, accommodaret. Quare Arnobius: *Exsurget, inquit, Deus à mortuis, et disperguntur inimici ejus, et fugiant, qui crucifixerunt eum, à facie ejus. Sed exurgere accipio lætium pro excitari ad res gerendas, et Ecclesie suæ salutem parandum.*

VERS. 5. — DEFICIT, DEFICIAT. Propriè dispellitur, dispellatur. Fleit, tabescit. His similitudinibus usus est supra, Psal. 57, 9, ad repentinum hostium interitum delineandum (1).

VERS. 4. — FULGURANT, lætentur, voluptate (eternâ) fruuntur. Sic Græcè, *εὐφραίνονται*. Epulum, et lætitia animi maxima Deus, Dei gustus, favor, presentia, visio. Alludit ad solemnitates, in quibus epulabantur coram Domino, id est, in tempore locis de pacificorum caribus et libamibus.

VERS. 5. — CANTATE DEO, PSALMUM DICITE. Vox preconiis triumphatorum præcedens Dominum, ut supra, Psal. 23, 8. ITER FACITE, parate viam, cedite, concedite locum ei omnes; ne ei resistite, qui ascendit super occasum. Locus nobis, qui versamur in occidentem, valde consolatorius. Concedite locum apud vos Deo, qui inequitat in occasum, qui in vestras regiones occidentibus ascendit, et vehitur. Eum reverenter excipite. Theodoretus putat esse hortationem ad Apostolos, ut cum tripudiis et hymnis ad gentes currant, iterque Christo præparent. *Haraboth*, hoc propriè significat, nempe occasum, vesperas, Jerem. 3, 6. Rabbini tamen recentiores, sed sine alio exemplo, exponunt cœlos, orbis cœlestes, vel nubes, à dulcedine haud dubie. Quid enim cœlo coelestive patrii dulcius? Quin et eorum aliqui restringunt ad supremum cœlum, quasi suave et jucundum, vel desertum et vacuum stellis? q. d. Qui tam sublimis est, ut supremo cœlorum orbi insideat. Extollite eum qui inequitat cœlos (qui in eis sedet veluti in equo, vel in curru). Unde et Chald.: *Qui sedet super solium glorie*. Est quidem egregius, sed veterum sensus magis placet, inter quos Symmachus vertit, *visus delectatus*, terram incultam. *Sabal* autem, et extollere, et semitam facere. *Ille mesilla*, semita. DOMINUS. In domino (*Iah*) nomine ejus, id est, ejus nomen est. *Iah*, sive Dominus verè existens. Vel per appositionem: In *Iah*, nomine suo,

(1) Celeritas et facilitas, quæ presentia Christi dissipat peccatores, non poterat aptius depingi, quam similitudine funi, qui à vento dispergitur; et cœra, quæ coram igne hinc scilicet atque consumitur. Quod si per peccatores intelligatur de mones, quod dicitur, *pertransit*, significat interitum virtutis, et roboris, non substantivè: et hoc modo intellexisse hos duos versiculos sanctum Antonium testis est S. Athanasius, qui describens vitam ejus, dicit eum, cum à demoniis oppugnaretur, cantare solitum: *Exsurget Deus, etc.*, quod si ad homines referatur hæc sententia, tunc sensus erit, hinc peccatores, qui justos injuste persequuntur, maximâ celeritate et facilitate à Deo tollendos de medio. (Bellarminus.)



per *Iah*, nomen suum, q. d. : Virtute suae divinitatis, et divini nominis.

VERS. 6. — TURBABUNTUR A FACIE EJUS. Inimici ipsius. Desunt in fonte, sed ad connexionem commodè interserta sunt. Vel potius duplex lectio, et significatus Verbi *halat*, expressus est: significat exultare, gestire prae lætitiâ; aliâs, etsi rariùs, tremere, moveri prae metu, vel impotentia: è R. Jonâ. Quæ notatio crebra est apud Arabas. In imperativo *halau*, exultate vel tremite, in preterito *halatu*, exultârunt, vel tremuerunt, pro futuro, *ihalatu*, exultabunt, vel tremant, pro futuro, *ihalatu*, exultabunt, vel tremant. PATRIS ORPHANORUM, qui adversum istos orphanorum et viduarum suscipit patrocinium, causam, vindictam.

VERS. 7. — DEUS IN LOCO SANCTO. Per locum sanctum, Jerusalem sive Sionem intelligunt. Rectè, si non ad terrestrem, sed spiritualem, id est, Ecclesiam, ut interpretatur Paulus, Hebr. 12, 22, Galat. 4, 26, Ephes. 4, 8, animum convertas, quam multâ nominibus hic Psalmus appellat, locum sanctum Dei, domum, hæreditatem, Dei montem, montem piæquam, montem coagulatum, curram Dei, millia lætantium, sanctum, Ecclesiam, templum Dei in Jerusalem, sancta denique sive sanctuaria. Unus moris, *parochiæ*, homines unius modi, et ritûs. In domo, suâ, per Zeugma. Quem locum sanctum suum dixit, nunc appellat domum. In Ecclesiâ schismata, hæreses, sectas Deus non vult. Hebr., *solitarios, singulares, unicos*, id est, singulares et unius animi, ut unanimitatem concordiamque Christianam firmâ sibi, atque inseparabili charitate connexam declaret, è Cypr. ad Magnam, lib. 1, Epist. 6. Populum suum solitarium et separatam à reliquis religione et moribus, vel tristem et afflictum in Ecclesiâ collocat, servat et protegit. Kimhi. Alii, solitarios, unicos, derelictos, tristes, gementes, mestos, quales esse solent solitarii, desertos et destitutos omni humano presidio, domo et familiâ honestâ cumulâ: vel domi suæ conservat, nec eos inde sinit extrudi vi et potentia impiorum. Alii, Dominus habitare facit modi unius, id est, unicos, solitarios, steriles in domo: dat illis sobolem, solitariis et prole orbis dat familiam copiosam et liberos; ex unicus facit multos, uti Abraham de posteritate suâ penè desperantem multâ sobole fecundavit. Domus enim usu lingue uti in vernaculis linguis, hoc interdum declinat, ut infra, Psal. 112, 9: *Qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum*, id est, multiplicat, fecundat.

VERS. 8. — QUI EDUCIT VINCITOS. Effectus adventûs Domini. 1 Pet. 5, 18, 19, et 4, 6. *Educit vincitos* è malis et miseris suis; sed et rebelles, qui (per oppositionem) inhabitant squalorem, id est, locum desertum, sepulcra, inferos. Vel (per asyncheton) Sed et educit è malis eos qui exasperant ipsum, (et) qui habitant in sepulcris, id est, rebelles, itemque miseros, sive mortuos. IN FORTITUDE. Fortiter, viriliter, è *âbâra*, manu validâ et forti eos educit. IN CONGREGANTIS. Aliqui, ut R. Selomo, id est, congruenter, congruo et opportuno modo, vel tempore. Sic enim mense martio educit Israelitas ex Ægypto, cum neque viget frigus, neque æstus. Recentiores, in *compeditibus*,

ut in *kosaroth*, caph ponatur pro koph. Vincitos autem compeditibus intelligunt miseros, captivitatis et tyrannide potentiorum oppressos, quales erant Israelite in Ægypto. Sic IN FORTITUDE constructum cum adjectivo *vincitos*, non verbo *educit*, qui educit eos qui ita fortiter et firmiter vinciti sunt, ut desperet liberationem. Qui EXASPERANT, supplè Deum, ut supra. Psal. 65, 7. Unde et Hebraice, *rebelles* (qui) habitant in sepulcris, vel in locis aridis et situlosis (educit fortiter, liberat à morte et diabolo, vel à periculis et malis). Hoc hemistichium decet conferri cum vers. 21, de incredulis educitis à Deo in admirabilem Evangelii lucem infra, et cum his Petri, 1, Epist. 5, 18, 19:

*His qui erant in carcere spiritibus veniens predicavit, qui increduli fuerant aliquando, etc. Propter hoc enim in mortuis evangelizatum est. Ut totus versus attingat mysterium de descensu Christi ad inferos, ob liberationem iustorum, atque adeo incredulorum et rebellium, de quibus Petrus tractat. Nazianzenus, Orat. 40, hæc videtur alludere et referre ad mortuorum resurrectionem, quam non est dubium contingere Dei virtute et potentia. Recentiores malunt esse antithesin. Verùm rebelles habitabant in siccitatibus, id est, in egestate, afflictionibus, miseris, sine Dei consolatione, cum pii contra bonis omnibus afflicti. Pii è locis desertis ad terras fertiles et amoenas à Deo ducuntur, contra impii à fertilibus ad vastas et steriles. Malo, ut sit appositio, vel asyncheton, ut supra.*

VERS. 9. — DEUS CUM EGREDIENS. Exitum ex Ægypto canit. O Deus, cum procederes populum tuum per desertum, Deus egrediebatur ante populum suum, instar ducis egredientis ante suos milites. Erat enim illis pro ductore, per diem simul et noctem, cujus vexillum esset nubes et columna ignea. IN CONSPECTU, ante populum. *Sela* significat Deum perpetuò sic se habiturum cum suis.

VERS. 10. — TERRA MOTA EST. Metaphora de calamitatibus in hostes Judæorum, Ægyptios et Arabicos immissis. Quanquam etiam ad litteram terra tremuit, et mons ipse Sinai, coelis grandines, tonitrua, fulgura jeculantibus ad adventum Dei in Sinai. *Mota est*. Tremuit, moveri visa est. *ETENIM*, etiam. In hoc significatu solent uti hæc particula, ut infra, vers. 21, *et enim addatur per parecon. Distillaverunt, natephu*, fluxerunt, pluerunt ad Dei, qui apparebat in Sinai, presentiam, voluntatem et jussum, fuderunt rorem. Aliqui manna ad modum foris. *PLUAM QUIBUS PANES DE COELO*. Ego utrumque; nam tam rorem quam manna de coelo sive aere pluit. Philo quidem rorem confundit cum manna, sed è locis precedentibus distinguitur. Quin et Rabini existimant manna duplici rore tectum fuisse, superiore et inferiore, hoc est, primum rorem coeli descendisse circum castra ad purgandam terram, postea manna supervenisse, super quod mors ros alius descenderit, adeò ut in duobus istis moribus, tanquam in theca reconditum jacuerit, apparuerit autem, quando superior ros ad orientem solem exiit, quando hæud dubiè adumbrabat corpus Christi, manna verus, speciebus panis recondendum, apparuit

turum verò, quando ros humana rationis, ad orientem divinum solem et lumen fidei dispareret. Ergo *distillaverunt*, id est, fuderunt tria, rorem videlicet inferiorem, manna intermedium, et rorem superiorem, ut R. Selomo. Alii, *natephu*, fluxerunt, diffuserunt, solum sunt metu, signo externo ostendentes se commoveri ad Dei presentiam, ut R. Isaac. *Sinai*. In Hebr., *se Sinai, hujus Sinai*, *deuterius*, quasi cum digito ostendat, ubi et repetendum syntacticum, *Elohe*, posteriore membro, vel *Elohim*, erit absolutum pro syntactico poetice. Dei, Dei inquam. Sinai, id est, qui sui fecit copiam multâ majestate in Sinai. Parim aptè recentiores in nominativo *iste Sinai*, scilicet motus est tonitru et variis ignibus, quare et Græcè *εὐνοία*. Repetitur hic versus è Deborah et Barac in victoria Chananaeorum, ut intelligas ad Christi victorias canendas epinicia reliquorum non sufficere: item sanctorum veteris Testamenti triumphos, earum typos fuisse.

VERS. 11. — PLUVIAM VOLUNTARIAM. Antithesis. Super hostes distillasti et depluisti iracundia: tuæ imbres; at super populum tuum pluviam gratam, suavam (liberalitatem vel voluntatum, Hebr.), tempestivam, et qualem homines optant, demittis. *HæREDITATI TUE*, terræ tui populi, id est, Ecclesie. Hæc sunt allegorica de divinis gratiis et beneficiis. Et (si) *INFIRMATA EST*. Hypothetica lingue phrasid, de qua supra, Psal. 4. Quare esse eclipsis particula si, ut docet Kimhi: Quod si hæreditas tua infirmata est, fatigata, oppressa, afflicta, et malè affecta ab hostibus, tu sanè stabilivisti et roborasti eam.

VERS. 12. — ANIMALIA TUA, tui electi, tuum pecuniam, tui greges et copie, tuæ oves, quarum tu es pastor. Pergit in metaphora. *PARASTI*, res necessarias, vel quid simile per aposiopesis, ut manna in deserto, cibum et potum. *IN*, per tuam dulcedinem et bonitatem; vel, cum dulcedine, cum dulcibus fructibus et rebus. Non tantum res paravit ad necessitatem, sed etiam ad delicias. Unde terra dicebatur *fluens melle et lacte*.

VERS. 13. — DOMINUS DABIT VERBUM. Ordo inversus, ut ablativus, *virtute*, constipuat cum verbo *dabit*: Deus dabit magnâ virtute et potentia, cum magnâ efficacia et fortitudine, vel cum magno exercitii et copis (sive subaudi) verbum evangelizantium, ne erubescant Evangelium, neve metuant liberè illud perferre ad barbaros quosque. Eis suppeditabit multas vires et magnam fortitudinem ad perferendum Evangelium. Eis subministrabit multos angelorum exercitus ac presidia, ad eos tuendos contra hostes visibiles et invisibiles. Eos tuebatur ac muniet inter medias persecutiones et pericula, ac si numerosissimo instruerentur exercitu, *Tsaba* non solum exercitum significat, sed et fortitudinem, ut Dan. 10, 4. Possit construi cum participio proximo: Suggester Dominus sermonem iis qui evangelizaverint multâ virtute, id est, fortiter, magno conatu et studio. Nam *facienti quod in se est Deus non denegat gratiam*, imò augeat. Possit etiam exponi, *desiderio multo*. Nam

*Tsaba* aliquando exponitur, *Tsabi, desiderium*, iis qui multo desiderio, magnis votis, optatis et studiis evangelizant, Dominus copiosè verbum suggeret: *Non eritis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri*, etc., Math. 10, 20. Chaldeus videtur in dativo accepisse, quando sic interpretatur: *Deus dedit verba legis populo suo ministerio Moysi et Aaronis, qui primi nuntiaverunt verbum Dei exercitui magno Israelitæ, EVANGELIZANTIBUS*. Græcè quidem est masculini generis, at Hebræè feminini, allusione ad consuetudinem quâ mulieres solchant publicè victorias principum choris et cantibus celebrare. Quare aliqui interpretantur de mulieribus quibus Christus in vitam revocatus apparuit, monens ut suæ resurrectionis Evangelium, lectumque nuntium ad Apostolos deferrent, ut quemadmodum mulier mortem et culpam viro prima nuntiavit, ita primum resurrectionis et glorie nuntium viris redderet. Hilarius, Ambrosius, Augustinus. Possit tamen referri ad *animalia* versûs precedentis, quia nomen *hæcivit* Hebræè est femininum. Vel Apostolos sic appellat, quod essent infirmi, imbecilli, abjecti quasi femina eorum mundo, tanquam oves in medio luporum. Rabini hunc locum non intelligunt. Itaque varie interpretantur.

VERS. 14. — REX VIRTUTUM. Hebr. reges virtutum sive exercituum. Ex quo intelligimus regem virtutum non hic significare Deum, sed regem quondam potentissimum et fortissimum; q. d.: Magnarum copiarum reges et potentissimos principes dilecti erant dilecto Deo, vel Dei Filio, qui Patri est charissimus, cedent, succumbent, in ejus venient ditionem et potestatem, ejus erunt possessio. *Dilecti, ἀγαπητοί*, genit. casus. Repetitur autem per epizeuxin, ut celerior et nobilior victoria significetur. Septuaginta putarunt esse cognomen Christi, *ledunt formæ, Ieshurun* (cog. populi Israel), ut iod sit radicale à *iodah*, vel hecmaniticum; à *dod*, quod fortassè est rectius quam ut sit fut. verbi *nadaç, fugit*. Vel etiam duntaxat respexerunt ad sententiam. Nam hujusmodi hostium populi Domini clades, non tam abolitionem significant quam conversionem, ut Hieronymus docet ad illud Mich. 5, 9: *Omnes inimici tui interibunt*; et Aben-Ezra in Psal. 149, et Kimhi in initio 11 Isai. Nostris igitur Latinis et Græcis hæc Hebræica quantum ad institutum consonant: *Reges exercituum fugient*, fugient, id est, cedent Deo Christo, ei terra vertent, ab eo vincuntur, in ejus venient potestatem. Antithesis regum fugientium, qui copias immensas habuerint, et Apostolorum, qui eorum partientur inter se spolia. Et spectat verbes est. Ad speciem et gloriam domus Dei pertinet dividere spolia regum istorum devictorum: hoc faciet ad domus Dei speciem et ornamentum, ut spolia gentium demonibus erepta partiantur. Illud est gloriosum et honorificum Ecclesie. Loquitur de Apostolis, ut de duobus et militibus, qui post peractam pugnam, prostratorum et interfectorum hostium spolia partiantur. Hebræa idem sonant: Et habitatio (vel, species, pulchritudo; nam *nava*, interdum respondet *qâ nan*) domus dividet spolia, id est, habitatores domus, meto-



nymicæ, spolia hostium rocustissimorum parientur. Dei domestici et ministri fana idolorum matabunt in christianas Ecclesias, et illorum cultoribus priores eripient. SPOLIA, sunt bona alicui detracta, et in hæc lingua interdum bona simpliciter, ut Prov. 31, 11: *Spolia non indigebit*, et Luc. 11, 22: *Spolia ejus distribuet*.

VERS. 15. — STORMIATIS INTER MEDIOS CLEROS, inter medias sortes, inter media et presentissima pericula, evadetis feliciter, et cum honore et gloria. Si versemini in mediis periculis, ut de vestro capite jam jactatur alea, vel etiam jacta sit, si de vobis, de vita vestra et bonis sortiantur, ut solent victores, gloriosè crucimini, ac eritis sicut alea columbae argento cooperte, cujus penne dorsi virent, ut aurum purum; q. d.: Luctus vester converteretur in gaudium. Dormire hic per *κατάκλιον*, pro *jacere, silum esse*, ut è fonte apparet. Potest tamen nativus intellectus reineri. Si somno opprimini præ nimia tristitia, interea dum de vobis jactatur alea. Locus, de quo, tanquam de cruce, pependunt omnia ingenia. Ex quo alii eum suspectum de mendo, alii Septuaginta hallucinatos, alii clericum clericorumque statum, alii sortes Israelitis distributas, alii utrumque sortem presentis et future vite, alii duo testamenta, alii aliud significatum dixerunt. Difficultatem auxit noster interpres, quia vocem Græcæ reliquit. Nam si verisset, *inter medias sortes*, vel ut habet codex S. Germani Prætextus verustus, *in medio sortium*, fortasse cum aliqui contulissent cum Psalmo 21, 19: *Super vestem meam miserunt sortem*. Joel 3, 3: *Super populum meum miserunt sortem*. Nahum 5, 10: *Et super honoratos ejus (Alexandria) projecerunt sortem, et cuncti magnates ejus obliqui sunt catenis*. Esch. 3, 7, Joan. 19, 24, etc. His enim etiam locis Græcè est, *κατάκλιον*, periculi alicuique genus. Vel cum profanis scriptoribus, ut Aristide in Pericle: *Una super omnibus alea, una zors jaciebatur corporibus, vita, pecuniis, fama, principatu*, ut Homero, Virgilio, Eschelyo, apud quos à militibus sortes in galeam deiciebantur ad sortiendum de captivis et rebus aliis multis. Est ergo sensus facilis: *Si dormiatis inter medias sortes (eritis sicut) penne columbae deargentate, cujus posteriora (id est, cauda) dorsi in pallare auri (sunt)*. Ubi vides duntaxat esse oleisim Hebraicam, quam crebro fieri notavimus, verbi substantivi et litterarum Mose veelebe, quarum una est nota similitudinis; q. d.: Si versemini in presentissimis et certissimis periculis, ut quando de captivorum vita, libertate, fortuna, victores sortem mittunt, tum illa in rerum desperatione eritis tutissimi, serenissimi, lætissimi, vultu et colore tam pulchro, sereno ac vegeto, quam columba, cujus penne sunt veluti deargentate, instar argenti pellocentes, et dorsum, vel cauda dorsi splendens ac rubilata instar fulvi sive pallentis auri. Tam præsens vobis erit Numen, ut illic sitis in tuto et animi securitate, neque quoquam perditus de vultus specie et habitu. Columba similitudinem apposuit, quod in hæc ave penarum elegantia et morum forma excellant: quin et capta nitet, eodem est colore, specie et statu. Hebraea eodem recidunt: *Si cubetis inter medios lebetes, vel tripodes, vel ollas*, ut jam

torreamini: Sic è mediis ignibus eruit tres pueros, et multos martyres in historiis ecclesiasticis, alios in summa patientia et animi tranquillitate conservavit. Alii vulgò: Si tam atræ et sordidi sitis quam hi qui jacent inter nigras ollas, eritis posthæc tam candidi quam alea columbae argenteæ et instar auri fulgentes: depositi scilicet morore omni, posthæc læti eritis et fortunati. Sed Septuaginta submutarunt hæc metaphoram ab atris ollis, in clariorum et usitatorum, more suo. Est igitur Proverbum Græcum, *inter medias sortes, et Gallicum, entre les hasards, et his consonans, inter medias cruces, inter medios lebetes, inter medios tripodes, inter sacrum et saxum, inter malum et incudem, in acie novacule, in rei cardine, in rei articulo, in extremâ alea, pro eo quod est versari in rerum desperatione et summo discrimine. Hæc prolixius contra Gnosticos, qui quam Patrum sapientiam non percipiunt, carpunt. Idem alia translatione declarat sequenti vers. DEARGENTATE. Genitivi casus in Hebr., nominativi pluralis in Græco. PALLORE, virore. Pulchritudo autem colli, et pennarum columbae, ut et cauda pavonis, manat è colorum varietate et incertitudine.*

VERS. 16. — DUM DISCRINAT, dum judicat, punit, ulciscitur. Dispergit propriè, vel extendit, expandit, id est, dum prosternit reges in eâ, scilicet Ecclesia, erunt nivei sicut nix in Selmon, præ lætitiâ, quam è persecutionibus discussi conceperint. Sic solent sumere hoc verbum Septuaginta, supra, Psal. 49, 6, et Paulus I Cor. 4, 7: *Quis enim te discernit*, id est, judicat. Hinc Hebraice, dum extendit, dum prodigat. COELSTIS, Deus, Dei enim vel etiam Christi epithetum. Hebr. *Saddat*, omnipotens, à *sadda, vastando*, quod omnia vastare possit, atque adeo in nihilum redigere. Vel à *schim et dai, sufficientia, cui satis*, quod per se sufficiens omnia prestare possit. Epithetum loco huic de bellis valde congruens. REGES, potentes et crudeles dominos, tyrannos Ecclesiam persequentes et oppugnantes. NIVE DEALBANTUR IN SELMON, monte opaco, *νεφελιγενος*, ut nix existent. Sic Hebr. unicâ voce, *nivesced, nivebit*, candescet, dealbabitur, domus scilicet illa Dei. Nive ergo ablativus similitudinis, ut infra, vers. 34. *Argento*, sicut argentum. Nix autem ut candor, lux et similia, symbolum sunt prosperitatis et salutis. In modum nivis, quæ jugiter invenitur in monte Selmon, alba apparet domus Dei, tanquam nix. Pii ut nix erunt candidi in locis obscuris et calamitosi, exilarabunt lætitiâ et voluptate, veluti nivium candore perfundentur. Nive dealbari in Selmon pro recreari et exilarari in locis tenebrosis et infelicibus. Proverbum ductum à Selmoone montis Ephraim Jordani vicino, perpetuis nivibus cado, cavernoso, tenebris et asperitate horrido, abundans et caliginoso, Jud. 9, 48, ex quo nomen accepit. *Telam*, imago, umbra, tenebre. Nive autem illustratus, pulcher et serenus apparebat. Lux, nix et candida omnia lætitiâ et res secundas, Selmon et loca alia atra et umbrosa tristitiâ et calamitatem significant. Rabbi appellativè ferè exponunt: Nive dealbabitur (ea domus) in tenebris et umbrâ (id est, in malorum caligi-

ne), ut Selmon parum aut nihil differat à sel, umbra. Mons Dei. De Ecclesie excellentiâ, post tot bella et persecutiones. Sic monti comparatur ob montem Sionem, è quo prodit, Ecclesia: item quoniam est in alto et conspicuo posita, maximeque visibilis, æterna, inexpugnabilis. Mons Dei est mons pinguis, sive ut in Hebr., *har bashan*, mons Basan, id est, fertilissimus et feracissimus. Nam Basan regio est uberrima trans Jordanem, in quà regenerat Og. De variis Spiritibus sancti virtutibus et donis.

VERS. 17. — MONS COAGULATUS, MONS PINGUIS. Ex tolli Sionem, tanquam montem excelsum, *excundum et pinguem*, omnes gentes excellentem. *Coagulatus* est pinguis, abundans gratiâ, caseosus propriè, à *gibba, sive gab*. Ut quid SUSPICIAM? Correctio est rhetorica: Cur suspiciatis, cur cogitatis montes coagulatos et pinguis, dum ista emitto de Dei monte? Imò verò est mons, in quo beneplacitum, etc. Latine quid dico montes coagulatos? Imò verò est mons, etc., contra animales, qui non percipiunt ea quæ sunt spiritibus, ac dum audiunt insignes Scripturarum promissiones, cogitant statim temporarias, neque animos attollunt ad præstantiores, nempe spirituales et æternas, q. d.: Cur suspiciatis, cur cogitatis bonis temporariis et caducis hos montes diffuere, et non potius sempiternis et immarecensibus benedictionibus? quid cogitatis terram alluentem melle et lacte externo, et non potius delicias solidis, et in perpetuum mansuris? Rab. Hai sic sumpsit verbum *ratsad*; quid intentis oculis expectatis vel inspicitis, cur consideratis usque adeo montes excelso vel caseosos? et hoc significare docet Arabicè. Jam autem docuimus poetas et prophetas affectare sæpiusculè Syriacæ et Arabicæ. Sic ferè Arnob.: *Ut quid suspiciatis montes uberes*, id est, *plures facientes Deos? coagulatum montem in unitate tenete, et Patrem et Spiritum sanctum in uno Christo suspicite*. Vulgò in nominativo Rabbinè: Quid exilitis, montes excelso, cur insolensitis, cur insitatis huic monti (Ecclesie), cum hunc montem conceperint Dominus? Allegoricè de idolorum excelso, sive populis et principibus bella huic inferentibus, qui sint veluti montes viribus et auctoritate pollentes.

VERS. 18. — MONS IN QUO BENEPLACITUM. Hunc montem desideravit Deus, ut in eo inhabitet, et efficax sit. In FIXEM, in perpetuum in eo (per zeugma) habitabit.

VERS. 19. — CURRUS DEI DECEM. Mons Dei est, currus Dei stipatus multis angelorum millibus, ex decem millibus multiplicatis veluti compositus (*ποικιλίστατος*) decies milleplex, ad verb. Numerus fixatus pro infinito. Est et millia lætantium, cum quibus ipse Dominus est, sicut olim in Sinai, ita nunc in suo sanctuario, id est, habet multa millia beatorum spirituum secum, cum quibus habitat in suo sancto templo, sicut in monte Sinai; q. d.: Illud multis præsidiis instruit contra hostes, ut olim fuit in Sinai suâ presentia tremendus. Huc alludit Paulus Hebr. 12, 22: *Accessistis ad Sion montem et multorum millium angelorum præsentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt*

